

ri studia amulatus, cuiusq; vestigia secutus, eadem iuris civilis illustrandi  
cupiditate hasce meas lucubrationes in lucem emittam. Tu me in celebri  
tua Academia Ossunēsi Primarium legū doctorem esse voluisti, Trium-  
uirum prouocationibus iudicandis in amplissima tua ditione creasti: qua  
cum recordor, Et si ad unguem me totum explorō, interdum mihi aliquid  
esse videor, quod tuo grauiſſimo iudicio ornatus sim. Ego autem mei libros  
quos fere nunquā de manibus depono, additionibus, Et explicationibus in  
communem studiorum utilitatem augere, Et illustrare cōtendo. Et quē-  
admodum ille cū Salmanticae ius ciuile summa cum laude doceret excel-  
lentissimo Duci D. Joanni attuo tuo inscriptos, atq; dicatos cōmenta-  
rios suos misit: sic ego ex hac tua Academia hasce additiones in eius ad  
Taurinas leges cōmentarios cum tui nominis inscriptione diuulgo. Nec  
vereor ne hoc consilium meum omnibus aquis iudicibus approbem, cū si  
secus factū à me esset, ingrati animi nota effugere nequissim, addo etiam  
impietatis, cum autem mei manibus iniuriam facere viderer, qui librū eius,  
Et labores meos in alio nomine emittere: cum excellentissimae familia tua  
ille multū, ego omnia dubio procul tibi debeam. Accipies excellentissime  
Princeps hac, quantulacunq; sunt, quæ tibi mittimus, ea, quæ soles,  
benignitate; quo spero fore ut ad alia multa pari fide, Et di-  
ligentia elaboranda beneficio tuo ex-  
eitemur. Vale.

ADDL